

aliquam, & quidem amplis multorum promissis, haudquaquam exiguum, sit allatura. Non caret difficultate negotiū. Sed quando cum eximia vtilitatis non contēnnendæ spe coniunctum est, nos ipsos audere & Hoc agere iubebimus, quantumque fieri poterit, breuiter de vtroque dicemus.

Ad primæ quæstionis solutionē natura simplicium remediorum perpendenda est: Sit' ne ea simplex, an compo-
sita, ὁμοιομερής an ἀνομοιομερής, similaris, vt cum scholis loquamur, an dissimilaris. Si enim ex diuersis partibus ita consti-
terit, vt quamuis sit vna totius forma, merito tamen diuersarum partium, di-
uersas quoque facultates obtineat, tum leui brachio euincemus, simplex reme-
dium in partes suas constituentes in-
offensis facultatibus dirimi posse & de-
bere: sin secus, & vnam parilemque
substantiam sit adepta, nonnihil diffici-
lius.

Dissimiliū itaque partium remedia sunt ea, quæ in partes sibi dissimiles cō-
ciduntur. Sic Galenus Aristotelē secu-
tus, τὸ ἀνομοιομερὲς definit. Tales sunt in
plan-

1. Meth. 6.

1. Histor.

anim. 1.